


Flos loti

*Non est lux albae tenuis
quae turbat somnum levem.*

*Sunt florum loti effluvii
in velo effusi paludis.*

*Flores sacri, regni
cuiusdam fatae,
petalis rore conspersis
ut lacrimis magicae stellae.*

(Marius Bugli)



Ex humo vel luto oriri possunt flores. Miraculum cotidianum naturae an cuiusdam fatae?

*Flos loti –
Puritas crystalli
in mobili aqua.*

Tres simplices versus in hoc haiku
ad antithesim exprimendam inter
aquaे opacitatem et florem lucentem.



Loto est symbolicus sensus in omni tempore et in variis gentibus.

Flores loti:

alae vitae in vento.

Nuntiant solem nascentem.


In Alto Aegypto, flos loti, dictus *seshen*, indicabat cunam Solis cotidie nascentis ob sua petala quae mane aperiunt, vesperi se claudentes. Erat symbolum transitus ad lucem ad obscuritatem, sacer deo *Nefertum*. In figuris, regales mulieres inspirant e calici floris, alitum carpentes vitae in triumpho colorum.



Floris delineamentum, in forma simplificata, indicabat pariter numerum 1000 in hac civitate.



In Indica religione est flos aeternitatis, sacer deae *Laxmi*, saepe in calice floris sedenti in actu meditationis, necnon *Brahma*, deo creationis, qui fingitur in eadem figuraione.





Lotus enim adhibetur ad septem *chakra* fingenda, id est fontes vigoris physici et mentis in ipso humano corpore praesentes.

Chakra in lacunari Indici palatii figurata



Varii sunt praeterea sensus pro floris coloribus.

- Lotus caeruleus: sociatur triumpho spiritus, sapientiae, intelligentiae;

- Lotus albus: est imago lucis, mentis purificationis, spiritualis;
- Lotus violaceus: est flos esoterismi et sacri mysterii;
- Lotus roseus: est lotus supremus, flos Buddhæ et eius mystici secreti;
- Lotus ruber: sociatur cordi, amori hominum compassionis.

Etiamnunc in Sinensibus fluiis fluunt in festis lucernae forma loti, augurium felicitatis non solum genti loci.



Spiritus floris loti

Est haec antiqua legenda, nata abhinc annos ducentes in terra tunc nota nomine *Kinai*.

Series morborum contigerat urbi Kioto. Milia hominum e vita decesserunt et inter hos dominus urbis *Inumi*, nomine *Koriyama*, a populo valde amatus, et cum eo mulier et nati. Populus timebat de sua salute et cotidie conveniebat ad eius castrum, cogniturus eventus futuros. Olim ad *Tada Samon*, ministrum summum, convenit heremita quidam, dictus *yamabushi*, certus se mederi omnes aegrotos magica solutione.



Morbus enim, ut adfirmabat, causatur a spiritu mali. Contra maleficam potentiam opus erat floribus loti serendis in vallo castelli.



Hoc facto, ut sperabatur, Koriyamae et suae familiae rapide salus omnino recuperabatur. Magnum fuit gaudium, magnifici ritus ubique acti cum animo gaio.

Milia florum inserta sunt in horto palatii, qui abhinc habuit nomen “Loti magici castellum”.



At, post mortem Koriyamae regis, eius filius curam neglexit floribus insertis.

Olim eius miles vidit duos pueros ludentes in ripa valli castelli.

Ob periculum vitandum ad eos accurrit at illi in aqua evanuerunt nec emerserunt rursus.



Haec miles nuntiavit regi novo at servi eos inventuri neminem viderunt, etsi omnia investigaverunt. Alius miles, post dies, vidit pariter iuvenes apud aquam castelli. Erant pulchri, laetantes et odorem floris manare videbantur. Putans tamen esse spiritus letales, illis inflixit ictus gladii.

At nubes densa, multicolor et improvisa, ei visum celavit, quasi signum divinum.

Comperuit itaque gravem errorem sed senior poenitentia, sine ulla solutione.



Voluit inde se punire vitae privatione ad naturae prosperitatem, hominum et florum.



Flores orti sunt in dies splendidiores at numquam apparuerent spiritus loti, in quodam
paradiso fortasse, ubi aeterni sunt flores.



